Saint Eusèbe, *évêque et martyr*

Mardi 16 décembre 2025 3ème classe

INTROÏT *Daniel 3, 84.87*

Sacerdótes Dei, benedícite Dóminum : sancti et húmiles corde, laudáte Deum. Daniel 3, 57 Benedícite, ómnia ópera Dómini, Dómino : laudáte et superexaltáte eum in sæcula. ℣. Glória Patri.

Prêtres de Dieu, bénissez le Seigneur ; saints et humbles de cœur, louez Dieu. Daniel 3, 57 Bénissez le Seigneur, toutes les œuvres du Seigneur ; louez-le et exaltez-le à jamais. ℣. Gloire...

COLLECTE

Deus, qui nos beáti Eusébii Mártyris tui atque Pontíficis ánnua sollemnitáte lætíficas : concéde propítius ; ut, cuius natalítia cólimus, de eiúsdem étiam protectióne gaudeámus. Per Dóminum.

Ô Dieu, qui nous réjouissez chaque année par la fête du bienheureux Eusèbe, votre évêque et martyr : accordez-nous, dans votre bonté, de jouir de la protection de celui dont nous célébrons la naissance au ciel. Par...

Mémoire de la Férie.

Aurem tuam, quæsumus, Dómine, précibus nostris accómmoda : et mentis nostræ ténebras, grátia tuæ visitatiónis illústra : Qui vivis.

Prêtez l'oreille, Seigneur, à nos prières, et éclairez les ténèbres de notre âme par la grâce de votre visite. Vous qui...

ÉPÎTRE *de saint Paul aux Corinthiens II. 1, 3-7*

Fratres : Benedíctus Deus et Pater Dómini nostri Iesu Christi, Pater misericordiárum, et Deus totíus consolatiónis, qui consolátur nos in omni tribulatióne nostra : ut póssimus et ipsi consolári eos, qui in omni pressúra sunt, per exhortatiónem, qua exhortámur et ipsi a Deo. Quóniam sicut abúndant passiónes Christi in nobis : ita et per Christum abúndat consolátio nostra. Sive autem tribulámur pro vestra exhortatióne et salúte, sive consolámur pro vestra consolatióne, sive exhortámur pro vestra exhortatióne et salúte, quæ operátur tolerántiam earúndem passiónum, quas et nos pátimur : ut spes nostra firma sit pro vobis : sciéntes, quod, sicut sócii passiónum estis, sic éritis et consolatiónis : in Christo Iesu, Dómino nostro.

Mes frères, béni soit Dieu, le Père de notre Seigneur Jésus-Christ, le Père des miséricordes et le Dieu de toute consolation, qui nous console dans toutes nos tribulations, afin que nous puissions nous aussi consoler ceux qui sont dans toutes sortes d'épreuves, en leur communiquant l'encouragement que Dieu nous donne. Car, de même que les souffrances du Christ abondent en nous, de même aussi, par le Christ, abonde en nous la consolation. Mais si nous sommes éprouvés, c'est pour votre encouragement et votre salut ; si nous sommes consolés, c'est aussi pour votre consolation ; et si nous sommes encouragés, c'est pour votre encouragement et votre salut, qui vous fait supporter les mêmes souffrances que nous endurons nous aussi. Notre espérance à votre égard est ferme : sachant que, si vous avez part aux souffrances, vous aurez part aussi aux consolations, dans le Christ Jésus notre Seigneur.

GRADUEL *Psaume 8, 6-7*

Glória et honóre coronásti eum. ℣. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum, Dómine.

Vous l'avez couronné de gloire et d'honneur. ℣. Et l'avez établi sur les œuvres de vos mains, Seigneur.

ALLÉLUIA

Allelúia, allelúia. ℣. Hic est Sacérdos, quem coronávit Dóminus. Allelúia.

Alléluia, alléluia. ℣. Voici le prêtre que le Seigneur a couronné. Alléluia.

✠ ÉVANGILE *selon saint Matthieu 16, 24-27*

In illo témpore : Dixit Iesus discípulis suis : Si quis vult post me veníre, ábneget semetípsum, et tollat crucem suam, et sequátur me. Qui enim voluerit ánimam suam salvam fácere, perdet eam : qui autem perdíderit ánimam suam propter me, invéniet eam.
Quid enim prodest hómini, si mundum univérsum lucrétur, ánimæ vero suæ detriméntum patiátur ? Aut quam dabit homo commutatiónem pro ánima sua ? Fílius enim hóminis ventúrus est in glória Patris sui cum Angelis suis : et tunc reddet unicuíque secúndum ópera eius.

En ce temps-là, Jésus dit à ses disciples : « Si quelqu'un veut venir après moi, qu'il se renonce lui-même, qu'il prenne sa croix et me suive. Car celui qui voudra sauver sa vie la perdra, mais celui qui la perdra à cause de moi la trouvera.
« Car que sert à l'homme de gagner le monde entier, s'il perd son âme ? Ou que donnera un homme en échange de son âme ? Car le Fils de l'homme viendra dans la gloire de son Père, avec ses anges ; et alors il rendra à chacun selon ses œuvres. »

OFFERTOIRE *Psaume 88, 21-22*

Invéni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum : manus enim mea auxiliábitur ei, et bráchium meum confortábit eum.

J'ai trouvé David, mon serviteur ; j'ai répandu sur lui mon huile sainte. Ma main sera son appui, et mon bras sa force.

SECRÈTE

Múnera tibi, Dómine, dicáta sanctífica : et, intercedénte beáto Eusébio Mártyre tuo atque Pontífice, per éadem nos placátus inténde. Per Dóminum.

Sanctifiez, Seigneur, ces dons qui vous sont dédiés : et par l'intercession du bienheureux Eusèbe, votre évêque et martyr, regardez-nous à cause d'eux avec bienveillance. Par...

Mémoire de la Férie.

Devotiónis nostræ tibi, quæsumus, Dómine, hóstia iúgiter immolétur : quæ et sacri péragat institúta mystérii, et salutáre tuum in nobis mirabíliter operétur. Per Dóminum.

Que sans cesse, Seigneur, notre dévotion vous immole cette hostie, afin qu'elle réalise les rites du mystère sacré, et opère admirablement en nous votre œuvre de salut. Par...

COMMUNION *Psaume 20, 4*

Posuísti, Dómine, in cápite eius corónam de lápide pretióso.

Vous avez posé sur sa tête, Seigneur, une couronne de pierres précieuses.

POSTCOMMUNION

Hæc nos commúnio, Dómine, purget a crímine : et, intercedénte beáto Eusébio Mártyre tuo atque Pontífice, cæléstis remédii fáciat esse consórtes. Per Dóminum.

Que cette communion nous purifie du péché, Seigneur ; et par l'intercession du bienheureux Eusèbe, votre évêque et martyr, qu'elle nous donne part au remède céleste. Par...

Mémoire de la Férie.

Implorámus, Dómine, cleméntiam tuam : ut hæc divína subsídia, a vítiis expiátos, ad festa ventúra nos præparent. Per Dóminum.

Nous implorons, Seigneur, votre clémence ; afin que de tels secours divins nous préparent, en nous purifiant de nos péchés, aux fêtes qui approchent. Par...